

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 84 (Schilling))], About 1470-72

gaudium facere ut ad eternam mereamur felicitatem unanimitate peruenire prestante domino nostro ihesu christo Cui est honor et gloria in perpetuum et in secula seculorum Amen.

Explicit Tractatus beati Augustini Episcopi De Continentia.

Incipit Liber beati Augustini Episcopi De Contemptu mundi.

Audite fratres karissimi salutiferam nostrae patris doctrinam qui non terrenam sed eternam concupiscitis hereditatem qui non vultis sortem accipere in terra morientium. Sed cum psalmista decantare. Portio mea in terra viventium. Qui egyptum reliquistis et ad promissionis terram festinastis. Audite itaque fratres habentes aures audiendi. Ipsum patrem ad hereditatem caelorum nos vocantem et dicentem. Venite filii audite me timorem domini docebo vos. quis est homo qui vult vitam. quis es qui ad ianuam vis ingredi. serua mandata dei. quorum mandatorum alia sunt specialia. alia communia. specialia sunt proprie canonicorum sive clericorum et monachorum. communia vero sunt omnium catholicorum. specialia igitur sunt haec.
Si vis perfectus esse vade et vende omnia